in precedentibus ipsi meritis a domino meruit exau
diri. Instante enim iam nocte sue festiuita
tis. circa crepusculum beatus Franciscus in carce
rem misericors descendit. et illum suo nomine uo
cans. ut cito surgeret imperauit. Qui timore
perterritus. quis nam esset interrogans. beatum Fran
ciscum adesse audiuit. Cumque uirtute presencie
uiri sancti uincula pedum suorum confracta conspi
ceret cecidisse. et tabulas carceris clauis ul
tro prosilientibus aperiri. et apertum iter sibi ad ex
eundum preberi. solutus tamen et ob stuporem fixus fugere
nesciebat. sed ad ianuam clamans. custodes
omnes perterruit. Qui cum liberatum a uinculis episcopo
nunciassent. post intellectum ordinem rei adcur
rere pontifex deuotus accessit. et manifeste
dei uirtutem cognoscens. ibidem dominum adorauit.
Vincula quoque coram domino papa et cardina
libus delata fuerunt. qui uidentes quod factum fuerat
Guidolotus ¶ admirati plurimum benedixerunt deum.
de sancto Geminiano. falso accusatus fu
it. quod ueneno interemerat quendam uirum.
et quod eodem genere mortis filium eidem uiri. et